

Moda ony tendy per Andream Gylgastu



16




... pieno iure ad  
ne vob supra donatis : vos & vris : possessione  
p precario nōre possidere seu quasi : Pre  
directas ordinarias & extraordinarias  
ctionibus supradictis possitis vos & vris &  
& etiā postea quandocunq. Ego enim  
vob & vris & notario infra scripto ut  
tra nec in causam trahemq. ego nec  
vob & vris de eisdē omnibus & singulis  
abduco & precludo cum retentione  
calsitatu & in alijs necessarijs ad  
deffectu : Decem libras hincius : &  
sunt & posita semp. gesta rata valida

H.

~~27.~~

~~27.~~

Item 32 Item 2



# Modus confitendi.



*Handwritten text in a cursive script, likely a Latin inscription or a note related to the illustration above.*

ibm rano subo



2

**M**odus confitendi compositus per  
Reuerendū Ep̄m Andream hispanū:  
sancte romane ecclesie penitentiariū.



**U**oniā om̄i cōfidenti necessariū est  
hāc generalē cōfessionē dicere ⁊ fa-  
cere: cui⁹ tanta est virtus s̄m magi-  
strū sentētiaz li. iij. dis. xxi. c. v. q̄  
innumerabilia pctā venialia delet. mortalia  
ho ⁊ criminalia quoz nō recozdaris tollit. pec-  
cata ho que fecisti ad memoriā deducit. ⁊ imo  
ad utilitatē mihi vere cōfidentiū ego magister  
Andreas hispan⁹ Ro. cu. penitētari⁹ olim Ci-  
uitateñ. ⁊ Alaceñ. nūc ho Magareñ. vocatus  
ep̄s ordinis scti Benedicti: req̄sit⁹ per mihi cō-  
fidentes hanc generalem cōfessionē: que quasi  
omnia peccata cōtinet: ex multis sanctorū pa-  
trū dictis collegi verbis breuiozib⁹ q̄z potui:  
qz diffusū a me in maiori cōfessionē p̄cessuz est  
**F**acto signo sctē crucis ante om̄ia dic primo  
Confiteor deo omnipotenti: beate Marie vir-  
gini ⁊ om̄ib⁹ s̄ctis dei ⁊ tibi patri meo spiritu-  
ali quia nimis peccavi ab ista hora qua primo



Incepi peccare vsq; ad p̄sentē diē mortaliter: cri-  
minaliter: venialiter: cogitatione: cōsensu: de-  
lectatiōe: deliberatiōe: cōsilio ⁊ locutiōe: visu:  
verbo: omissiōe ⁊ opere cōtra deū meū patrem  
om̄ipotentē per nature infirmitatē. cōtra filiū  
dei per aīe ignorantia ⁊ cecitatē cōtra spirituz  
sanctū p maliciā ⁊ obstinationē: desperationē  
voluntariā peccandi cōsuetudinē tam cupiditate  
⁊ amore inordinato: timore seruilī ⁊ mun-  
dano. ⁊ cōfiteor me peccasse cōtra deū meū taz  
locutione ⁊ cogitatiōe q̄; ope ⁊ omissiōe.

**¶ De cogitatione.**  
Primo peccaui cogitatione: q; carnis delicias  
gulas: luxurias: seculi pompas: honores: diuitias  
habere cogitavi ⁊ multuz cōcupiui: ac tur-  
pibus cogitationibus consensi ⁊ taz impressaz  
imaginationem in eis habui ⁊ dilectionem ac  
delectationem q; multas meas cogitationes  
opere perfecissem nisi timor ⁊ verecundia mun-  
di me retraxissent. corde ⁊ animo horas meas  
nō dixi: nec deū meum laudaui: nec de ipso aut  
futuro seculo seu etiā de die extremi iudicij co-  
gitavi: imo tētatōes diaboli ⁊ mūdi volūtarie



5  
suscepi ⁊ eis semp cōfessi: vīdīctas desideravi  
⁊ amīcīas similavi. in meis aduersitatib⁹  
patientīā nō habui: in affectū cordis mei tran-  
siui. ⁊ opes e perfecī quecūq; prius cogitavi fa-  
cere. Qualitercūq; cogitatione peccaui reddo  
me culpabilē ⁊ dico meam culpam.

¶ De locutione.

¶ Scdo pater peccaui in locutione: quia sepe  
supflue ⁊ inepte locutus sum. Deum meuz ⁊ san-  
ctos eius blasphemavi: ⁊ deum de suis operi-  
bus reprobendi: peccata mea propria defendi ⁊  
excusavi. in uanum iuravi: ⁊ meis proximis de-  
traxi ⁊ murmuravi eorum vitam ⁊ iniuste opa  
iudicavi ⁊ eos diffamaui. iurata ⁊ promissa nō  
seruaui. sed sepe peioravi ⁊ periuravi ⁊ multos  
decepi. Testimonium falsum dixi. Pernitiose  
mentitus sum. Propinquis ⁊ familiaribus ma-  
ledixi ⁊ eos vituperavi ⁊ scandalizavi. Maiori-  
bus adulaui ⁊ cum verbis ac mendatijs eorum  
amorem procuravi ⁊ discordias seminaui. ma-  
le consului ⁊ bilinguis fui. Meipsum laudaui  
⁊ secreta reuelavi. Indiscret⁹ fui: ⁊ vota bone-  
sta non compleui. Dissolutus in risu fui: et in

visu: cantilenas de alijs feci: verba scurrilla et  
turpia dixi. et pfidus in verbis extiti. vba dei  
tacui et non docui. nō correxi proximos: non  
monui: horas meas nō debite legi. nec confes-  
sus fui: nō cōmunicauī. nec deo meo de benefi-  
cijs acceptis de mane: die ac nocte grās reddi-  
di: nec alia sancta officia lingue exercui: sed eā  
ad oīa viciosa et vana verba laxauī. Qualiter  
cūq; enī ego locutione peccaui reddo me culpa-  
bilem et dico meam culpam.

### ¶ De septem peccatis mortalibus

Et primo de superbia.

Tercio peccaui ope et opatione multipliciter.  
Et primo cōfiteor me peccasse cōtra deū meuz  
et proximū meū et septē pctā mortalia cōmissis-  
se. Superbiam enim commisi. quia singulari  
excellētia alijs p̄esse volui: pomposus et p̄-  
sumptuosus extiti: in meis operib; semper va-  
nam gloriā habui. de diuitijs: honoribus ac  
genere et nobilitate atq; corporis mei pulchri-  
tudine me iactauī et causa ip̄oz alijs domina-  
ri volui. inobediēs p̄latis meis extiti. cēsuras  
ecclesie et synodorum nō curauī. et hypocrīta

4  
fui: et rebellis et obstinat⁹ in mala cōsuetudine  
peccādi cōfiteri et penitere seu cōmunicare nō  
volui. parentes proximos et inferiores desperi  
et familiares et amicos verbis supbis a me effu  
gaui. curiosus et leuis in verbis meis fui ac dis  
solut⁹ in risu extiti: singularis esse verbis et fa  
ctis decreui. propriā voluntatē semp adimple  
re volui. pctā propria excusavi et defendi: et non  
cito credidi: et ingratus deo meo et hominib⁹ de  
beneficijs acceptis extiti.

#### ¶ De avaricia.

Itē peccaui cupiditate et avaritia: quia inordi  
nate diuicias: honores: pecunias et bñficia cō  
cupiui et amaui: res alienas abstuli et retinui.  
iniuste et dissipavi. parcus mihi in necessariorū  
exhibitiōe et proximis in elemosinarū largitiōe  
fui: propter pecunias honores et beneficia: mul  
ta falsa testimonia: falsas literas: pditiōes ad  
ulteria: proximorū dāna: vsuras: symonias: de  
ceptiones. fraudes: rapinas: furta: mendacia:  
causas litigiosas et iniustas et iniqs inias offi  
cia tyrānica et mercātiās et aduocationes cau  
sarū iustarū ac pcuratōes: falsos testes: falsas

littetas peruersorū & consanguineorū promoti-  
ones in dei ecclesia ludos fortuitos & falsa iur-  
ramenta dixi & feci & procuravi.

**¶ De luxuria.**

Item peccaui in peccato fornicatōis & luxurie  
q̄ delectatiōe & cogitatiōe gule & luxurie cor-  
poris. pollutiōes in corpe habui. verbis luxuri-  
olis: tactib⁹: amplexib⁹ ac osculis & aliqñ etiā  
actib⁹ inhonestis mulieres turpiter cognoui &  
dilexi: & q̄uis nō opere tñ mente. sic adulteriū  
incestū: raptū & peccatū contra naturam face-  
re & exercere desideravi.

**¶ De inuidia.**

Item peccaui peccato inuidie. nam honorem  
& famam & promotionem mei proximī propter  
inuidiam destruere & impedire curavi. & de ei⁹  
damno & infortunijs multū gauisus fui. et de  
ei⁹ prosperitate valde dolui & ipm depressi quā-  
tū potui.

**¶ De gula.**

Item peccaui in peccato gule: quia horam cor-  
medendi & bibendi sepius preueni. sine siti & fa-  
me comedi & bibi. & ebrietate me repleui. cibum

5  
et potum sumpsit et frequenter in die comedit. ac etiam  
bibit sumptuosa cibaria et pocula: delectationem  
carnis procuravit: tabernas frequentavit et  
in saporibus ciborum et potuum extitit.

### De Ira.

Item peccavi in peccato ire. nam meis proximis  
et subditis meis sine causa iratus fui: propter  
iram me vindicavi: nec iniurias mihi illatas  
sustinere volui. cum ira deum meum blasphemavi.  
Domines vituperavi: nocere proximo meo  
in persona sua et in rebus suis deliberaui. rancorem  
cordis servavi et timorem mentis pro ira habui.  
Clamores feci. discordias seminaui. et veniam  
petentibus non peperci.

### De accidia.

Item peccavi in peccato accidie. nam bona que  
tenebar facere non feci nec procuravi: mala autem  
que tenebar fugere non fugi sed plus ad illa cucurri  
et opere complevi. panem meum laboribus non  
quesivi: tardus ac longus ad confitendum  
de peccatis fui. penitentiam mihi datam et vota  
promissa vel inchoata non complevi. opus dei neglectum  
remissum in dicendo officium divinum et faciendum:

Deo seruicia fui. et meū officiū facere Ignorauī:  
et iniurias feci. res meas deturpauī: in horis et  
diuinis officijs nullā deuotionē habuī. et si ali  
quando feci aliqđ bonū illud cū tristitia: per  
recundia ac vana gloria peregi. desistere me a  
peccatis penit? desperauī. et indiscreto seruoze deo  
meo seruiendī tantū corp? meū exterminauī et  
extenuauī q̄ sibi seruire vt tenebar postmodū  
nō potuī: ad consuetam vitam declinauī. vota  
promissa nō cōpleuī. nec ieiunia ecclesie. Qua  
litercūq; peccaui in his septē peccatis mortali  
bus ac in aliquo eorū siue in aliqb? circūstan  
tijs ipsoꝝ peccaui disco meam maximaz culpā  
et reddo me culpabilem deo omnipotentī et vo  
bis patri.

**¶ De decem preceptis legis.**  
Quarto peccaui opatiōe: quia decē p̄cepta dei  
mei transgressus fui opere et voluntate. Primo  
deū meū ex toto corde nō dilexi: nō timui: non  
adorauī: nec firmā fidez et spem in ip̄o et de ip̄o  
habuī. que potī? diuinis augurijs: sortilegijs  
et incantationib?. heresibus et falsis doctrinis  
magis q̄z deo meo et sacris scripturis fidē dedi.

6  
et magis cōfessus fui. ¶ Secūdo nomen dei inua  
nū assumpsi per os meū. pro nulla re deū meuz  
iurauī: et frequēter et sine causa iuramēta fal  
sa pronūciauī. et sup euangelia iurauī sine ne  
cessitate: simplici verbo credere nolui. et p mē  
bra dei iurauī: et deū et sctōs ei? blasphemauī.  
¶ Tertio peccaui: nā diē dñicū et festiuitates  
ecclesie cū oratiōib? missis et p̄dicationib? et  
elemosinis nō sanctificauī: sed illis dieb? debi  
tores meus recepi et posui mibi debita procu  
raui: familiā meā laborare feci et temporalib?  
vacauī et mūdi gaudijs: crapulis et luxuriosis  
actib? magis illis diebus festiuis me dedi q̄  
alijs dieb? nō festiuis. ¶ Quarto peccaui: nā  
patrē meū et matrē meā corpales nō honoraui  
nec in necessitatib? subueni sed eos ad iram p  
uocaui: p̄latis spūalib? et matri mee sancte ec  
clesie debitas reuerētias nō feci. nec eoz prece  
pta et cēsuras curauī: imo in cōtēptū clauū ec  
clesie cū excoīcatis et cū scismaticis et hereti  
cis p̄cipaui: et decimas q̄s ecclie tenebar da  
re nō itegre dedi. ¶ Quinto peccaui: nā primū  
meū licet nō actu tñ aīo et voluntate occidere

volui ac in psona ledere et in reb? concupiui. ma-  
nus violentas in eum posui et ponere decreui.  
¶ Sexto peccaui. nam mulieres coniugatas ad  
adulterium eas procuravi et in diuersis cogitatio-  
nibus per adulterium me coniungauit. ¶ Septimo  
peccaui: nam res alienas iniuste de locis sacris et  
non sacris abstuli: et officium ad recipiendum bona  
pauperum procuravi: et res alienas dominis suis non  
reddidi. patrimonium crucifixi non debite expendi  
nec per me ablatum vel furatum aut inuentum nunquam  
restitui: nec voluntates ultimas mortuorum testa-  
menta compleui. ¶ Octauo peccaui: nam contra pro-  
ximum meum ex malicia publice et occulte testimo-  
nium falsum et falsas scripturas: falsos testes se-  
pe contra eum procuravi et dixi. et eius vitam et mores  
quantum potui denigraui: vituperia: derisiones:  
ac etiam multas maledictiones contra eum protuli  
et scandala procuravi. ¶ Nono peccaui. nam proximi  
mei uxorem et consanguineam et sanctimoniales  
desideraui et in eius pulchritudine gauisus fui. et  
ad eam videndum cucurri et eam habere quocumque mo-  
do deliberaui. ¶ Decimo peccaui: nam vicini mei  
agros et domus beneficia et bona proximi mei per dolos



7  
fraudes: violentiā: deceptiōes habere cōcupiui  
7 cōtra eam causas iniustas 7 litigiosas moui  
verbis 7 factis quantum potui ppter illa bona  
eū rebus suis iniuste priuauī 7 priuare studui.  
In his om̄ibus dico meam culpam 7 reddo me  
culpabilem deo 7 vobis patri.  
Quinto peccaui pater cōtra deū cum om̄ibus  
meis membris 7 sensibus mei corporis. Nam cū  
meo capite deo meo 7 meis maioribus reuerē-  
tiam nō feci. Item collum meum ad obediē-  
tiam inclinare nolui. Item aures meas ad au-  
diendum luxuriosa verba: detractiones: cātus  
7 instrumēta musicalia dedi. Itē oculos meos  
multotiens colorib⁹ deturpauī 7 impudice cū  
eis mulieres multas 7 plures vanitates mun-  
di resperi. Item nares meas odoribus prouo-  
cātibus ad vanam gloziam 7 luxuriam ordina-  
ui. Item os meum ad loquendum mendacia:  
blasphemias 7 iniurias deputauī. Itēz linguā  
meam ad loquendū suauia mendacia ordinaui.  
Item guttur meuz crapula 7 ebrietate repleui.  
Item manibus meis aliena rapui: 7 turpiter  
cum eis corpus meum 7 alia membra mea ad

7  
generationē deputatā fornicatiōib⁹ maculauit.  
Itē ventrē meū luxuriē ⁊ ebrietatib⁹ dedi. Itē  
lūbis meis ardozē libidinis exoptauit ⁊ excita-  
uī. Itē in corde meo varias cogitatiōes ⁊ ten-  
tationes habui: quas perfecistez nisi timor mū-  
di ⁊ hominū me abstraxissent. Itē genua mea  
deo meo ⁊ sc̄tis ⁊ maiorib⁹ meis ac prelatis nō  
flexi. Itē cū pedib⁹ meis ad luxuriandū. ad  
furandū. ad effundendū sanguinem cucurri.  
Qualitercūq; ego cū aliquo membro mei cor-  
poris deū meū offendī dico meam maximā cul-  
pam ⁊ confiteor deo omnipotenti ⁊ vobis.  
¶ Sexto peccaui vltimo modo peccandi sc̄licet  
omissiōe: nam cū paupere indigente in necessi-  
tate constituto septē opa misericordie nō exer-  
cui. Nam cū potui esurientib⁹ panem nō dedi:  
⁊ sitienti potū non prebui. hospitem peregrinū  
⁊ etiam errantem ad meū hospiciū ⁊ ad viā bo-  
nam ⁊ rectā nō direxi. infirmos cū necessarijs  
nō visitaui. nudū vestimentis meis nō cooper-  
rui. incarceratos iniuste nō redemi. mortuum  
derelictuz non sepeliui: nec etiam sepelire feci.  
Itē opera spūalia ad q̄ tenebar nō adimpleui.

7  
8  
Nā ignozantes que sunt salutis anime nō do-  
cui. Destituro enī humano auxilio ⁊ peccato-  
ri cōsiliū nō dedi. Errātē ⁊ peccatozē nō casti-  
gauī nec correxi: tristem ⁊ dissolutū nō confor-  
taui: nec mihi irascentib⁹ ⁊ male facientib⁹ nō  
peperci. iniurias ⁊ etiam contumelias mihi il-  
latas patienter nō sustinui. pro saluatione anī-  
marū amīcoꝝ ⁊ inimīcoꝝ meoꝝ deū nō exora-  
ui: ⁊ mercedem laboꝝ mihi seruientib⁹ nō pre-  
bui. Qualitercūq; ego opa misericordie nō im-  
pleui: dico meā culpaz ⁊ reddo me culpabilem  
deo ⁊ vobis.

**¶ De duodecim articulis fidei.**  
Septimo peccaui: quia duodecim articulos fi-  
dei firmiter ⁊ perfecte non credidi: nec corde ⁊  
ore ad eius iusticiam confessus fui: immo ali-  
quando circa ipsos ⁊ circa sacramenta altaris  
dubitaui. ⁊ fidem veraz ⁊ iustam cū bonis ope-  
ribus tanq̄ bonus ⁊ fidelis chzistian⁹ nō ha-  
bui: neq; contra infideles ⁊ prauos hereticos  
fidem meam omnino defendi ⁊ predicauī: im-  
mo errantes ⁊ arguentes contra fidem libere  
ter audiui.

**¶ De septem sacramentis ecclesie.**

Octavo peccaui: quia septē sacramēta ecclesie  
vt bonus xpianus ⁊ fidelis preterij ⁊ neglexi.  
Primo quia sum baptizatus ⁊ diabolo ⁊ pom-  
pis ei⁹ vt pmissi in baptismo nō renūciaui. Sū  
cōfirmat⁹ ⁊ fidem xpī ac veritatem ppter timo-  
rē mūdi loqui ⁊ p̄dicare erubui ⁊ neglexi. Atqz  
ordinem matrimonij nō honorauī nec custodi-  
ui. Ordines ecclesiasticos indigne recepi. ⁊ in  
peccato eosdem indigne exercui. Penitentiam  
pro meis peccatis ⁊ ieiunio orationes ⁊ elemo-  
sinas mibi iniunctas nō feci. Oris cōfessionez  
⁊ corpis xpī cōmunionem facere ⁊ recipere ne-  
glexi. Qualitercūqz ego in sacramentis eccle-  
sie peccaui dico meam culpam.

**¶ De septem virtutibus the ologicalibus.**  
Nono peccaui qz septez virtutes theologicales  
reseruare neglexi. In me nō ē vera xpī fides cū  
bonis operib⁹. In me nō est certa spes de futu-  
ris bonis ⁊ celestib⁹. In me nō est charitas q̄  
sup oīa diligat̄ deus: atqz vt meipsam et proxi-  
mum meum dilexi. In me nō est prudentia. q̄  
actus meos quod quō qñ debuissē agere nō

feci ⁊ iuxta voluptatis desideria actus meos in  
consulte peregi. In me non est fortitudo: quia pas-  
siones interiores ⁊ exteriores viriliter pro christo non  
subiugavi. turpia ⁊ verecunda agere non metui.  
In me non est temperantia. quia labores: ieiunia ac  
tribulationes sustinere nolui. In me etiam non est  
iusticia quia a malo non declinaui: sed bonum quod te-  
nebar facere neglexi: unicuique quod suum erat non  
dedi: ⁊ propter meas utilitates bonum commune et  
iulorum saluationem neglexi. Quicquid ego contra  
septem virtutes peccaui dico meam culpam.

¶ Septem dona spiritus sancti.

Decimo peccaui: quia septem dona spiritus sancti  
non curavi. In me non est sapientia ad divina con-  
templanda. In me non est intellectus ad novissi-  
ma mortis mee ⁊ penas inferni ⁊ die iudicii  
considerandum: In me non est consilium ad bonum  
eligendum ⁊ malum reprobandum. In me non est sci-  
entia ad meipsum ⁊ facta mea recognoscendum. In  
me non est fortitudo a temptationibus ⁊ tribulatio-  
nibus ac malis cogitationibus resistendum. In  
me non est timor dei ad malum fugiendum: et  
ad salutem anime querendum. Qualitercunque

ego in his peccaui dico meam culpam.

**¶** Duodecim fructus spiritus sancti.

Undecimo peccaui. qz duodecim fructus spūs  
scti etiā sciēter neglexi. In me nō est charitas  
nec gaudiū in dei seruitio: nec pax cū proximo  
nec patiētia in aduersis: nec longanimitas in  
diuinis seruitijs. nec bonitas vite mee. nec be  
nignitas erga proximū meū. nec modestia i ge  
stu ⁊ habitu ac operib⁹ meis. nec mansuetudo  
in turbatiōib⁹. neq; etiā hūilitas in operibus  
nec veritas in verbis ac locutionib⁹ meis: nec  
cōtinentia nec castitas in meis affectiōibus:  
sed grauiter peccaui cōtra predicta sicut equ⁹  
⁊ mulus quib⁹ nō est intellect⁹. Et de his om  
nibus dico meam culpam.

**¶** Octo beatitudines.

Duodecimo peccaui: qz fm octo beatitudines  
euāgelicas viuere vt xpī seruus ⁊ esse obmisi.  
Primo paupertatē voluntariā cū spiritali in  
tentiōe nō habui. Scdo mitis ⁊ mansuetus in  
persecutionibus ⁊ iniurijs mihi illatis nō ex  
titi. Tercio peccata mea nō defleui: nec cū il  
la cōtritione qua debui ad hanc confessionem

10  
accessi Quarto sustinere non studui sed in peccatis  
assuetus fui. bene facere. ieiunare et orare neglexi.  
Quinto mihi misericors et alius non fui. ac bona  
ecclesiastica commissa pauperibus non dispersi. Se-  
xto corde quo ad deum et proximum per bona exempla  
non vixi sed duplici animo in factis et verbis hypo-  
crita extitit. Septimo pacificus non fui sed pro-  
pter ambitionem beneficiorum et bonorum discordias  
seminaui ac scismata feci. Octavo peccaui. quia  
non propter christum persecuciones et maledictiones hominum  
sustinui: sed quoniam potui me vindicavi. Quando-  
cumque et qualitercumque ego infelix peccatorum peccaui  
propter octo beatitudines et propter omnia predicta et sin-  
gula. et earum circumstantias scienter vel ignoranter  
dormiendo vel vigilando reddo me culpabilem et  
dico meam culpam et peto a deo meo indulgentiam  
et a vobis patre absolutionem et penitentiam.

¶ Septem peccata mortalia continentur in septem li-  
teris huius dictionis Saligia.

¶ Item quinque sensus sunt Visus Odozatus  
Auditus Gustus et Tactus.

¶ Item decem precepta domini patent per hos versos.  
Unum crede deum: nec vane iura per ipsum.

Sabbata sc̄ifices habeas in honore parentes  
Non sis occisor: fur: mechus: testis iniquus.  
Alterius nuptam. nec cupias rem alienam.  
Et de his oib⁹ pctis qualitercūq; fui trāsgres  
sus dico meā culpā ⁊ cōfiteor deo ⁊ vobis ⁊ pe  
to a deo meo veniā ⁊ a vobis patre absolutio  
nē ⁊ penitentiā. Ideoq; precor beatissimā vir  
ginē Mariā ⁊ sc̄tos ap̄los dei Petrū ⁊ Pauluz  
⁊ oēs sc̄tos ⁊ te paterē orare ad dñm nrm Ihes  
sum xpm vt parcat mibi oīa peccata mea mor  
talia: venialia: oblita ⁊ neglecta ⁊ per me con  
fessa: ⁊ que libenter confiterer si eorū memori  
am haberem. ⁊ que a tempore quo incepī pecca  
re vsq; in p̄sentē diē cogitatiōe dixi ⁊ feci: ⁊ bo  
na opera que debebā facere obmisi. ⁊ conferat  
mibi gratiā vt in posterū cōsimilia pctā nō fa  
ciā ⁊ pcedat mibi bonū finē vite mee ac pseuer  
rantia in bonis operib⁹. ⁊ hanc aīam meaz ad  
celestē gloriā pducatur. vosq; patrē meū requiro  
ex parte dei patris oīpotētis ⁊ sc̄toꝝ ap̄loꝝ Pe  
tri ⁊ Pauli ⁊ sancte Ro. ecclesie ⁊ clauium au  
ctozitate quatinus me absoluatis ab omnib⁹  
meis peccatis ⁊ delictis confessis neglectis et



oblitis. 7 a pctis meis mortalib? commissis 7 ob  
missis 7 venialibus 7 a quibuscumq; alijs delictis  
pctis 7 a penis alijs inferni 7 purgatorij quas  
pro his pctis merui. Item si sum excommunicatus  
interdictus aut suspensus a iure vel ab hoie. aut  
si fui aut essem irregularis suspensus aut inter  
dictus. aut participavi ignoranter vel sciēter  
excommunicatis. supplico humiliter quatin? me  
in forma ecclesie absolueret 7 participatiōe cri  
stianorū fideiū restituere. Item qñ quis facit  
cōfessionē nō integrā ita q̄ pretermittat aliq̄  
peccata scienter tali nō dimittunt̄ peccata p̄  
pter illud peccatū quod scienter obmisit. qz im  
possibile est q̄ deus dimittat vnū peccatū sine  
reliquo: ergo multominus presbiter qui est mi  
nister dei potest dimittere vnum peccatū: tene  
tur omnia peccata prius confessa de nouo con  
fiteri. Secus enim est si ignoranter vel propter  
aliquā specialē causā tūc nō tenet̄ cōfiteri qñ  
p̄fessor nō habuit potestātē absoluēdi ab illis  
pctis: vel fuit ignorās 7 sine scientia sacre scri  
pture. vel si p̄fites nō cōpleuit seu facere negle  
xit penitentiam sibi iniunctā. In his quatuor

casibus tenet iterato cōfiteri omnis homo.

¶ Sequit̄ oratio post cōfessionem.

**O**mnipotēs sempiternē de⁹ misericordis-  
sime: q̄ venisti pctōres redimere peto te  
per dulcissimū sacramētū corpis ⁊ san-  
guinis tui mysteriū vt mihi dones indulgētiā  
⁊ remissionē oīm pctōꝝ meoꝝ p̄dictoꝝ p̄sentīū  
⁊ futuroꝝ vt dignā agere valeā penitentiā: in  
bonis opib⁹ p̄seuerantiā habeā: ac toto corde  
meo te diligere: ⁊ que tibi placida sunt tota di-  
lectiōe perficere ⁊ te puro corde meditari: post  
hanc vitā nunq̄z a te superari. Amen.

¶ Nota.

Aviso te o cōfitens quatenus in quolibet pun-  
cto ⁊ clausulis hui⁹ cōfessionis que multā sen-  
tentiā oīm circūstantiarū pctōꝝ cōtinet redu-  
cas te ad teipm: ⁊ satege recordari si fecisti ali-  
quo tpe in specialī aliquod peccatū cōsimile et  
st atim illud cōfiteri cū suis circūstantijs que  
sunt. Quātitas: qualitas: sexus: cōditio: loc⁹:  
causa: intentio: tempus: mora: dignitas: tenta-  
tionis ⁊ opatiōis modus. Hec sunt seruanda  
⁊ cūctis penitentib⁹ insinuanda. He sunt que

rende a penitentibus circumstantie. Quis: quod: ubi  
per quos: cum quibus: cur: quomodo: quotiens et quan-  
do. Etas: forma: locus: ordo: sapientia: tempus. Se-  
xus: conditio: causa: intentio: mora euentus et perso-  
na: ac operis et tentationis modus. Hec sunt medica-  
mina quibus curatur confessio vera. Sit simplex ac  
humilis: seruens: pura ac fidelis. Vera: frequens  
nuda: discreta: libens: verecunda. Secreta et in-  
tegra: lachrimabilis accelerata. Frequens et ac-  
cusans: ac se puniri parata. Propter multos  
ignorantes confessores ut doceant qualiter de-  
beant in forma debita ecclesie eis confitentes  
absolvere. Ego episcopus Magarensis minorum penitenti-  
arius addidi formam absolutiois huic confessioni  
mee superius descripte sic. Posita manu super  
caput confitentis dicat confessor. Misereatur tui  
omnipotens deus etc. Quibus finitis dicat. Dominus noster ie-  
sus christus qui habet potestatem plenariam te ab-  
soluendi te absoluat: et ego auctoritate ipsius et  
sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancte matris ec-  
clesie et auctoritate mihi commissa in hac parte  
quantum possuz et debeo te absolvere. te primo  
absoluo a vinculo excommunicationis maioris iuris

Vel hoīs: si qđ incurriffi. Absoluo etiā te a par  
ticipatiōe excōmunicatoꝝ si indiges. Ac eadē  
auctoritate te absoluo ab oībꝫ pctis tuis moz  
talibꝫ: criminalibꝫ ⁊ venialibꝫ mibi confessis.  
Absoluo etiā te ab oībꝫ alijs pctis oblitis ⁊ cō  
fessis ⁊ nō cōfessis: cōmissis ⁊ obmissis ac ne  
glectis quantū possum ac debeo in virtute pas  
sionis dñi nr̄i Ihesu xp̄i: ⁊ in noīe patris ⁊ fi  
lij ⁊ spūs scti amen. Et sp̄a passio dñi nr̄i Iesu  
xp̄i: ⁊ merita oīm sctōꝝ ⁊ sctāꝝ: ⁊ passiōes sctō  
rū martirū: ⁊ suffragia militantis ecclesie: ⁊ re  
missiones eiusdē: ac indulgentie: orationes et  
peregrinatiōes: ⁊ bona quecūqꝫ fidelium xp̄iano  
rū quorūcūqꝫ: ⁊ ieiunia ⁊ elemosine ⁊ opa mise  
ricordie que fecisti ⁊ facis ⁊ pponis facere: et  
quicqꝫ tribulatiōis patienter sustinueris totū  
tibi cōfero in satisfactiōē huiꝫ penitētie tibi  
per me iniuncte ⁊ ad profectū ⁊ auxiliū remissi  
onis oīm pctōꝝ tuoz ⁊ liberatiōis penaz tua  
rū inferni ⁊ purgatorij quas pro eis meruisti.  
⁊ ad acquisitionē gratie in p̄senti ⁊ vite eterne  
in futuro seculo. Amen.

¶ Finis.